AUGUSTINUS. HIERONYMUS
Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 240
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



necessitas traxerat. Factum est ut eaque scribsisti etiam ipse
perlegi tradentem ihi eandem epistolam tuam famulo dei sancto renato
in xpo nobis fratre kmo. quo patente et mihi licet aliis occupato
uehementer instante ad eam respondere conpulsus. Accessit
huc etiam alterius sci. et cum debito honore nominandi fratris nri.
et quantum ab illo conperi necessarii tui mures sis cum in supradicto
oppidore moreremur aduentus. qui mihi retulit etiam sibi missas
de hac re litteras ueneratione tuae. Et me de hac ipsa quaestione
consuluit. utquid in desenti re mu el meis uel suis rescribtis ad te
facere et peruenire. utrum scilicet animae ut corpora propagatione
nascantur. Sint que illa unaque primo homini creata est. an cre
ator omnipotens qui utique usque nunc operatur. sine ulla propagatione
nouas faciat singuli proprias. De quare antequam aliquid. amoueam
sinceritatem tuam. scire te uolo. in tam multis opusculis meis nunquam
me fuisse ausum de hac quaestione. definitum proferre sententiam.
Et inprudenter referre in litteras ad alios informandos. quod
apud me non fuerit explicatum. Quarum autem rerum atque
causarum consideratione permouear. Ut in ne utram assertionem
meus inclinetur ad sensus. sed adhuc inter utramque disceptem.
nimis longum est hac epistola expromere. nec tamen necessarium.
ut hoc misso non possit de hac quaestione quod satis est deputari.
Et si non ad auferendam cunctationem. ceste ad cauendam temeri
tatem. illud enim ubi uel maxime fides xpiana consistit. quod
per hominem mors. et per hominem resurrectio mortuorum. sicut enim
in adam omnes moriuntur. ita et in xpo omnes uiuificabuntur.
et quod per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit. et per
peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit in quo omnes pecca
uerunt. Et quod iudicium quidem ex uno in condemnationem.
et quod per unius delictum in omnes homines in iustificationem uitae.
et si qua alia testimonia declarant. neminem nasci ex adam. nisi uinculo
s. in omnes homines ad condemnationem. et per unius iustificationem. s.